

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Misericordia as  
cum fonte primo

Precedentis misericordie beneficium perdidit qui putat esurienti semel sufficere quod donauit. Ille autem ad Dominum integros misericordie fructus premittit a quo pauper nunquam tristis abscedit.

Valerius in quodam sermone.

Nam  
praecedentis misericordiae beneficium  
perdidit, qui putat esurienti semel  
sufficere quod donavit. Ille autem ad  
Dominum integros misericordiae fructus  
praemittit, a quo pauper numquam tristis  
abscedit.

Valerianus Cemeliensis, *Homiliae*, 9, 2  
(PL 52, col.720B).